dominica
in octaua
pasche etc.

Nh
1236

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Db. 7.

XXXVII

EPITHALAMIA

Quibus

Reverendi & humaniſſimi viri,

Dn. MARTINI ZELII, VERBI DIVINI AD S. BARTHOLOMAEUM

Serveſtæ Miniſtri,

Sponſi:

ET

Honeſtiſſimæ matronæ

MARGARETÆ,

integerrimi viri Iohannis Bukovv,

p. m. relictæ viduæ,

Sponſæ:

NUPTIIS,

Prid. Cal. Sextil. Iul. celebratis,

Gratulabantur amici.

SERVESTÆ,

Excudebat Iohannes Schleer, Anno

GratIæ & MIſerICorDIæ.

36

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-602964-p0003-1

ΕΥΦΗΜΙΑ

In Nuptias Reverendi Dn. MARTINI ZELII, COLLEGÆ CARISSIMI, ITERVM SPONSI.

VOta ſecunda tibi Deus autor Sponſe ſecundet:
Affligant caſtum tœdia nulla torum.
Intra ſit caſtos Eccleſia caſta penates;
Aßidua ſuperent aſpera fata preces.
Fœcundet ſummi benedictio vota Parentis,
Vt videas oculis pignora grata tuis:
Pignora, quæ cantent olim præconia Chriſto,
Qualia te docuit relligioſa fides.
Hic finis thalami eſt, hæc gloria; PATRIS in horto
Aeternùm florent germina caſta tori.

Crede mihi, ſi plura parem tibi SPONSE *precari;*
Addi poſſe tamen vix graviora putem.

M. VVolfgang. Amlingus,
συγχαίρων τοῖς χαίρουσιν.

SPonſe, tibi officium veteris ne deſit amici,
En ego iam venio ad veſtræ nova gaudia tædæ.
Cumq́; ita fata ferant, cano quæ nupſerat olim
Ecce ſeni, ut vegeto inde viro tibi nuberet illa.
Neſcio quid voluit Numen portendere ſacrum
Ominis inde boni, viduæ te iungere in vnum.
Eſto omen igitur, nec non vos vivite in unum
Vna quos voluit thalami autor vivere carne.
Ergo tibi quantum tribuit Sponſus prior olim
Tantum etiamnum tu Sponſo Neonympha referto.
Nec tu Sponſe fidem Nymphæ cenſebis inanem
Illa ſuum te iam ſolum eſſe per omnia credit.
Namq́; animo ſocium nunc illa abolere priorẽ,
Teq́; animo totum quoq́; tota fovere ſtudebit.

Det, precor, ut vobis feliciter omnia cedant,
Qui thalami eſt cuſtos iungens duo pectora Chriſtus
Coniugii puppis, qui prora eſt atq; carina.
Nulla lares unquam veſtros perturbet Erinnys
Nam charæ curæ cui ſunt connubia caſta,
Hic curæ charæ ſemper tibi Chriſte videtur.
Accipe, quo potuit confectum carmine munus
Pignus amicitiæ, quæ longum ſtabit in ævum.

Balthaſar Kiſevvetter I. V. L.

Pſalmus CXXVII. heroico Carmine expreſſus.

Δῶμα μάτην ἐγερεῖς, εἰ μὴ ὃς τὰ ἔργα πάντα νοήσει
Δώματα, οἰκοδομῇ, καὶ τέκτων μίμνῃ ἄεργος.
Εἰ μὴ παντόπτης ἡμῶν θεὸς ἄστυ σαώζει,
Μαψιδίως φύλακες τοῦτ' ἐν φυλακῇσιν ἔχουσι.
Ὄρθρου ἀναστήσεις κενεὸς, κενεόστ' ἀνὰ δέμνια βήσῃ,
Καὶ μόγις εὑρήσεις βίοτον, καὶ πολλὰ μογήσας,
Εἰ μὴ πανδύνατος θεὸς ᾖ σοὶ ἀρωγὸς ἄριστος,
Κεῖνος δ' οὓς φιλέει, κατ' ὄναρ σύμπαντα δίδωσι,
Κεῖνος μελλεπόσι προσάγει πολύτεκνον ἄκοιτιν.
Τοῦτον κλῆρον ἔχει φιλέων θεὸν αἰὲν ἐόντα.

Ὡς ἰοὶ πτερόεντες ἀπαὶ νευρῆφι θορόντες
Ἐκ χειρὸς κρατεροῖο φέρωντ᾽ ἀνέμοισιν ὅμοιοι·
Ὡς δὴ εὐσεβέες φίλα τέκνα τοκῆες ὁρῶσιν.
Ὡς μάκαρ, εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὅστις ὀϊστῶν
Κείνων κυκλόεται φερέτρη ἅμα ἔνθα καὶ ἔνθα,
Οὐ σὲ ἀναγκάζει σιγᾶν ἐν βήμαθ᾽ ὁ ἐχθρός.

Paulus Rholeder Meringenſis.

VItam quæ faciunt tibi iugalem
Quæris, Sponſe nove ô beatiorem.
Mens, quæ ritè colit Deum potentem:
Mens, non fixa opibus, Deo ſed uni:
Mens quæ divitias, laborè partas,
Dextræ, quærit, habet, tuetur, auget.
Non triſtis dolor hic, malúmve triſte,
Non hic ſæva lues, globi igneiq́;:
Lis nunquam, bona pax, quieta vita,
Proles ingenua, & pudica coniunx.
Conſtans coniugiumq́;, amorq́; conſtans,
Par ſpes, parq́; fides, pares preceſq́;
Coniunx fœta nova ſubinde prole,
Ceu vitis, generans ſuos quotannis

Botros: pignora mox ſacros penates
Exornant ſacra, ſicut arbor albens
Sancta PALLADIS undiq; ornat hortos.
Hæc fortuna manet DEVM colentes,
Hæc fortuna manetq; caſtitatem
Sectantes ſtudio pari, pariq; amore.
Hîc victus bonus, hîc parata menſa,
Hîc concors torus, hîc torus pudicus.
Nox hîc libera maximis periclis,
Nox non noxia Dæmonis nocivis
Telis: nox bona, nox pio angelorum
Stipata auxilio: Tyrannus Orci
Hîc non eſſe velit, nec eſſe malit.
Nunc ſcis, SPONSE nove ô, beatiorem
Vitam quæ faciant tibi iugalem.

Chriſtianus Frencelius
Bernburgenſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602964-p0009-8

Nh 1236.

8°

f

ULB Halle 3
002 819 279

an 31 nur verknüpft A → OL
f1-5 + 40 Stück
f23

VD 17 Nc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602964-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602964-p0012-1

XXVIII

EPITHALAMIA

Quibus

Reverendi & humaniſsimi viri,

Dn. MARTINI ZELII, VERBI DIVINI AD S. BARTHOLOMAEUM Serveſtæ Miniſtri, Sponſi:

ET

Honeſtiſsimæ matronæ

MARGARETÆ, integerrimi viri Iohannis Bukovv, p. m. relictæ viduæ, Sponſæ:

NVPTIIS,

Prid. Cal. Sextil. Iul. celebratis,

Gratulabantur amici.

SERVESTÆ,
Excudebat Iohannes Schleer, Anno
GratIæ & MIſerICorDIæ.

36